

Textuum, qui diebus Solennium precum in Ecclesijs nostris proponuntur,

BREVES HOMILIAE,

Diducenda, amplificanda, item applicanda à Dan. Conciliatoribus

Anno 1667. Die 1. Solenn. prec. (14. Ian.)

Concio I.

Parasc. Jer. 7. v. 3. 4. 5. 6. 7. appl. ad diem & text.

Textus, Esa. 1. v. 12. --- 20. inclusivè.

Exordij loco, dicatur breviter de statu & conditione Israelitarum tempore hujus prophetiae, & legendur (vel summa tantum eorum) quæ citantur in prefatione hujus Proph. ex 2. Chron. capp. 26. 27. 28. 29. 30. 31.

Partes: i. Textus Explicatio: ii. Applicatio:

i. In textus explicatione notamus (α) Occasionem: Cum proposuisset Propheta querelam Dei, de populi judaici defectione & iniquitate, v. 2. 3. 4. obstinatione, v. 5. & penas jam jam infecuturas, v. 6. 7. 8. 9. Tacitæ eorum objectioni occurrit, quam prætendere poterant, dicentes: quâ ratione nos arguis de iniquitate & defectione, tamq; horrendas pœnas denuncias? cum nos sacrificia offeramus, festa celebremus, oremus? idq; facit *primum* adloquendo tam principes quâmpopulum, qui proptet enormia delicta Sodomitis & Gomorræis haud dissimiles fuerunt v. 10. Deinde ostendendo quid Deo *displaceat*, scilicet eorum hypocrisy; v. 11. 12. 13. 14. 15. Et quid ipsi *placeat*, nimirum illorum pœnitentia & vita emendatio v. 16. 17. 18. 19. 20. Ergo.

(8) Displicentiam, quā Deus hypocriticum illorum cul-tum abominatur, (1) In sacrificijs sibi oblatis, v. 11. offe-rebantur autem Deo sacrificia in V. T. ad ejus mandatum & quidem varia, ut legere est *Levit. Cap. 1. ad cap. 17.* qui-bus sacrificijs Deus tum temporis colebatur, erantq; um-bræ & typi Christi, & totius ejus obedientiæ, passionis ac mortis, pro peccatis mundi præstitæ. *leg. Eph. 5. v. 2. Hebe-9. v. 23. 26. 28. & Cap. 10. v. 10. 12. 14.* Hæc ergo sacrificia per se Deo non displicebant, sed propter *hypocrisyn* populi, ut patebit in expl. vers. seqq.

Lxx. lxx. 2.
 (2) In Festis v. 12. 13. 14. Festa a. fuere vel hebdomati-ca, ut *Sabbathum*: vel menstrua, ut *Neomenia*; vel annua, ut *Festum Paschatos, Pentecostes, tabernaculorum*: *leg. 2. Chron. 2. v. 4. & fusē Exod. cap. 23.* Item *Deut. cap. 16.* Hæc a. fe-sta (sicut & sacrificia) quæ religionis erant exercitia, & à Deo in lege præscripta, ab ipso non rejiciuntur quasi *per se* displiceant; sed quod ab hominibus impijs, hypocritis & impoenitentibus celebrarentur, putaretq; tam magistratus quam populus hasce ceremonias *per se* (*ex opere operato*) Deo esse acceptas, gratiamq; mereri, etiam si in *hypocrisi* & morum improbitate perseverarent.

(3) In precibus v. 15. quæ etiam à Deo mandatæ, ipsi non possunt non placere, *Pſ. 50. v. 15. Eſa. 55. v. 6. Matth. 7. v. 7. Luc. 18. v. 1. & seqq. Iac. 5. v. 16. 17. 18.* Hic vero easdem aversatur Deus, & addit causam, quia *manus vestra sanguine plena sunt*, h. e. opera vestra plena sunt impietate, injustitiæ, impuri-tate, flagitijs & sceleribus; nullus timor Dei, nulla pie-tas in vobis cernitur. Sicut n. impurus est coram Deo & hominibus, cuius manus innoxio madent sanguine: ita quoq; coram eo abominabilis est, qui in suâ *hypocrisi* & manifestis sceleribus pergit: prout explicat ipse Propheta, *Cap. 50. v. 1. 2. 3.*

Cana-

(2) *Complacentiam.* ubi se illorum pœnitentiâ & vitæ emendatione delectari dicit Deus, & propterea (1) hortatur eos ad agendum pœnitentiam & desistendum à malo v. 16. 17. Ex vers. sup. patet, Deum preces eorum non audire, propter orantium impuritatem, sive perseverantiam in peccatis; hiuc opus est lotione à peccatis per veram pœnitentiam, (NB. Christus uos lavit à peccatis, 1. Ioh. 1. v. 7. Apoc. 1. v. 5. did.) & detestatione vitæ anteactæ did. ex hoc vers. item Psal 34. v. 15. 1. Pet. 3. v. 11. 12. 13.

(2) Svatet ipsis, ut discant bene facere, &c. v. 17. non n. sufficit pœnitentiam agentibus quod desistant à malo, sed necessario ab ipsis requiritur, ut in bono sese exerceant. leg. dicta prius citata, & conf. Luc. 17. v. 10. Rom. 8. v. 12. 13. Tit. 2. v. 11. 14. & did. per sing.

(3) ἀνθρώπων de disceptatione loquitur, v. 18. q. d. agite dum, disceptemus h. c. causam nostram utrinq; tueamur, experiamurq; vestra ne sit melior an mea? quibus contestatur Deus, justissimam esse suam accusationem, suadetq; ne judicio secum contendant, verum pœnitentiam agant, ut omne tollatur inter se & illos dissidium, & pro severo judge habeant clementissimum Patrem leg. Psal. 143. v. 2. item Psal. 51. v. 1. seqq. hinc

(4) Conjungit dulcissimam *Consolationem*, & promissionem verè evangelicam (scilicet pœnitentibus) v. 18. si nempe fuerint peccata eorum coccinea, &c. tamen delebuntur. ubi Not. (a) Prophetam eidem metaphoræ immorari, ob certitudinem de gratuitâ peccatorum remissione: licet enim lana semel atq; iterum cocco tincta, nativum colorem non recuperet; Deus tamen omnes maculas ex peccato contractas se deleturum promittit, omnemq; reatum, etiam cocco rubentiorem h. e. atrocissimum, se sublaturum esse, (b) Voce

4
Hebr. *Tholá*, quæ coccum, sive colorem coccineum notat, respicere Spiritum S. ad illud *Psal. 22. v. 7.* ubi Christus se vermem nominat, & quidem propriè coccineum, (qui Arab. dicitur *Kermes*, unde *Karmesijn* rōtt. enascitur quippè virgultum, quod grana fert plena vermiculis, ex quibus hice color exprimitur.) *leg. Esa. 63. v. 2.* & *conf. 1. Pet. 1. v. 18. 19. Apoc. 19. v. 13.*

(5) Addit *Promissionem*, de quietâ terræ Chanaan inhabitatione, & ubere ejus proventu quibus cum gaudio fruituri essent, si modo voci Dei obtemperaverint, *v. 19.* (fuit autem Chanaan terrestris, typus illius cœlestis) &

(6) Subnecit gravem *comminationem* *v. 20.* si eum audire renuerint & ad iracundiam provocaverint, quod scilicet ad priores calamitates, etiam hæc postrema accederet, ut hostium gladijs crudelissimè pereant, tandem

(7) Concludit hac *affervatione*, *vers. eod.* ne concio hæc à Judæis contemneretur: os Domini locutum est. *leg. Psal. 33. v. 4. add. exempla.*

II. *Applicatio*, Fluunt ex hce textu Doctrinæ benè multæ, etiam nobis applicandæ, quas more solito hic saltem indigitare lubet.

1. Ex (α) v. 10. Conciones legales & pœnitentiales, cum res ita exigat, nullo modo sunt negligendæ, *leg. Esa. 58. v. 1. Ezech. 3. v. 17. 21. 1. Tim. 5. v. 20. Tit. 1. v. 13. Exemp. b. l. Esajas: sic Moses, Exod. 11. v. 8. Samuel, 1. Sam. 15. v. 22. 23. Nathan, 2. Sam. 12. v. 7. Johannes B. Matth. 3. v. 7. & Cap. 14. v. 4. Christus, Job. 8. v. 44. 55. add. adm.*

2. Ex (β) v. 11. 12. 13. 14. 15. Hypocrisis est peccatum grande, quamvis hoc tempore valdè familiare, & autorem habet ipsum diabolum. Ut jam nihil dicam de quotidiana conversatione, de quid *leg. Prov. 6. v. 18. Syr. 27. v. 26. 27.* In cultu a. divino est maximè abominanda; quare ob hanc hypocrisin multoties va ingeminatur Phariseis ab ipso Salvatore Matth. Cap. 23. Conf. Matth. 15. v. 7. 8. 9. ex *Esa. 29. v. 13.* did & appl. ad eos qui sacras conciones,

erones audiunt, Psalmos cum Ecclesia canunt, litanijs publicis intersunt, ad sacram synaxin accedunt, &c. Interim tamen avaritiae odio, invidiae, luxui, libidinibus & alijs flagitiis indulgent. *Adm. ex Syr. i. v. 34. seqq.* item ex *Psal. 94. v. 8. 9.* add. dicta & exempl. de omniscientia Dei; item de horrendâ illorum pñâ, qui verbum Dei, & Gratiam in illo oblatam contemnunt.

3. Ex ijsdem. excutiamus ergo cor nostrum, perspicientes quomodo festa nostra, præcipue verò hasce precum solemnitates celebramus, ne & nobis ingeminet Deus, illud *Esa. 29. v. 13.* Quilibet autem ubi in seâ descendit, se innocentem non reputabit, (*Job. 8. v. 8.*) Hinc *adm. ex Psal. 95. v. 8.* *Conf. Hebr. 3. v. 13.*

4. Ex v. 15. Ne mirentur impij, quod non exaudiantur, cum Deum per ministros suos monentem & à peccatis eos avocantem non audiant. *Conf. Q. Catech. 5. in Orat. Dom.* & add. *adm. ex Q. 4. 5. & 6. ibid.*

5. Ex (P) v. 16. 17. 18. Verba cedro digna, imò digna scribi in cordibus omnium hominum; declarant n. immensam Dei misericordiam erga pœnitentes; sic quoq; *Jer. 3. v. 22.* *Ezech. 33. v. 11.* & passim apud Prophetas. Hæc prima vox erat Johannis B. concionantis *Matth. 3. v. 2.* item Christi *Matth. 4. v. 17.* add. *1. Tim. 2. v. 4.* *1. Pet. 3. v. 9.* Verum non procrastinandum, ex *Syr. 18. v. 22. 23.* *Ezech. 18. v. 21. 22.* *Adm. ex Job. 13. v. 17.* Exempl. David, Manasses, Paulus, Petrus, &c.

6. Ex v. 19. 20. Mandata & promissiones Dei semper conjunctam volunt obedientiam; Commissiones v. præcavent inobedientiam: *did. ex Deut. 28.** Atq; sic obedientibus & pœnitentibus, non modo mitigantur impendentes calamitates, sed & conferuntur in eos omnis generis bona; inobedientibus v. & impenitentibus cumulantur & aggravantur horribiles pœnæ: *Did. Ex Exod. 20. v. 5. 6.* *Jer. 7. v. 23-30.* & Exempl. Obed. Abraham, *Gen. 12. v. 1.* *Conf. Ad. 7. v. 4.* *Hebr. 11. v. 8. 17.* Moses, *Exod. 3. v. 13.* Esajas, *Cap. 6. v. 8.* Joseph, *Matth. 1. v. 24.* & *Cap. 2. v. 14. 21.* Exempl. inobed. Adam & Eva, *Gen. 3. v. 6. 16. 17.* *Conf. Rom. 5. v. 19.* Uxor Lothi, *Gen. 19. v. 16.* Pharaon, *Exod. 7. v. 14.* & in seqq. capp. Dathan cum socijs, *Num. 16. v. 2. 3. 31.* *Adm. ex 1. Sam. 15. v. 22. 23.*

Concio II.

Paral. Num. 10. v. 2. seqq. legitur de duabus Israelitæ
rum tubis, ejusdem materiæ, formæ & magnitudinis; qui-
bus præfigurabantur V. & N. T. item lex & Evangelium;
sed nec incommodè conjunctio precum & gratitudinis, quâ
Deus summopere delectatur. (I. Tess. 5. v. 16. 17. & Eph. 5.
v. 20.) appl. ad diem præf. & text.

Textus, Psal. 50.*

*Sin. de mpt: Exord. Matth. 22. v. 14. appl. ad Psalmum prelectum.
ut: a Pat. fam: Partes: 1. Textus Explicatio. 22. Applicatio.
Filio suo.*

1. Ubi occurrit (α) Argumentum & titulus Psalmi. Ap-
plicari potest hic Psalmus, præsertim ejus initium ad Re-
gnum Christi; & (sub eadem applicatione) describuntur in
hoc Psalmo duo spirituali judicij Actus, quos Deus hac in vi-
ta per conciones tam evangelicas, quam legales, instituit
cum sanctis & cum hypocritis, atq; sic coincidit cum textu
præcedenti Esa. 1. v. 12, quo etiam respexisse videtur S.
Reg. Maj. hunc Psalmum nobis præscribens. *Titulus* ita
habet: *Psalmus Assaph.* Fuit quidem Assaph, inter quatvor
illos Directores, quos David cantoribus præfecit, cuius
quoq; honorifica fit mentio, 1. Chron. 16. v. 17. & 2. Chron.
29. v. 30. An v. ipse Psalmos composuerit, dubitant Bb.
Patiens; Verisimilius esse putant, Assaph quosdam Davidis Psal-
mos (utpote hunc, & alios undecim à 73. ad 83. inclusi.)
præ cæteris elegisse & saepius decantasse. Quia lit. præf.
Hebr. est etiam nota Dat. casus. Et Græca versio habet
ψαλμὸς τῷ Ἀσσῆῳ, nec non meliores latinæ, *Psalmus ipsi As-*
saph, scilicet traditus, ut cantaretur.

(β) Judicij illius preparatoria, & quidem (1.) *Index* v. 1.
(qui h. l. in textu Hebr. dicitur *Deus Deorum*, h. e. sum-
mus,

mas, imperans scilicet Angelis, Regibus ac Principibus,
& confundens Deos fictitios) loquitur, primū per Prophē-
tas, in novissimis a. diebus per Filiū, &c. Hebr. 1. v. 1. 2. &
advocat terram, &c. h. e. totum genus humanum in terra.
(2) Locus undē, v. 2. ē Tzijone (juxta Hebr. ē Tzijone perfectio-
ne pulchritudinis, h. e. perfectè pulchro, Deus splenduit, i. e.
gratiosam suam lucem exhibuit) Ergo secundum doctrinā
in Tzijone propositam hoc judicium instituetur. (3)
Iudicis Majestas, v. 3. quam etiam promulgatio doctrinæ ejus
demonstrat. Leg. Exod. 19. v. 16 seqq. & Act. 2. v. 2. seqq. (4)
Finis, v. 4. scilicet, ut judicet vid. supr. argumentum Psalmi.
cælum & terram q. testes advocat, vid. Homil. sup. anni in
text. Deut. 32. v. 1. (5) Piorum congregatio, & q. segregatio
ab hypocritis. v. 5. (Juxta Heb. congregate mihi benefi-
cos meos, quos ego prius benignitate præveni, qui pe-
runt pactum mecum super sacrificio, vel per sacrificium. (6)
Eventus, v. 6. quod n. cæli anunciant, est notissimum.

(7) Actus judicij prior, cum sanctis. ubi (1) Exordium, v. 7.
Israël a. suum vocat populum, & se illius Deum, q. d. o Isra-
el, tibi me revelavi & tu mihi obedientiam debes. (2) Pro-
positio, in quâ (a) ostendit quid sibi fieri non velit, nimirum
nudam sacrificiorum oblationem, v. 8. Tum quod omnia po-
sideat, v. 9. 10. 11. Tum quod illis non indigeat, v. 12. 13. (b)
quid sibi fieri velit, nempè laudem (h. e. confessionem laudis)
immolari, & vota (obedientiæ debitæ ac promissæ) persolvit. v. 14.
& preces fundi v. 15. quarum effectus erit exauditio; exau-
ditionis a. debitum, reiterata gratiarum actio, v. eod.

(8) Posterior judicij actus cum hypocritis. & quidem
(1) expostulatio, quod concives populi Dei sese profitean-
tur, cum tamen præcepta Dei aspernentur; &c. v. 16. 17.
18. 19. 20. (did per Decal.) (2) Vindicatio, (a) falsa persuasi-

8

nis v. 21. q. Deus tali impietate delectaretur, siquidem dis-
simulat se ista videre (b) *prava operationis*, dum Deus poenas
peccatorum immittendo conscientiam exsulcitat, v. eod. &
tandem spretā ab illis omni gratiā, eos totaliter delet, æ-
ternumq; condemnat. v. 22. Atq; (3) sacrificantium lau-
dem, h. e. piorum, (quod etiam impios anget) *eterna re-
focillatio*, v. 23.

II. *Appell.* Cum Deus sit *justus Iudex*, & *omni die irascatur*, &c.
Psal. 7: v. 12. 13. hinc ante omnia discamus modum quo ei occur-
ramus, nobisq; propitium reddamus, idq; faciamus praeente *Psal-*
te in hoc Psalmo; considerando.

Ex v. 1. Dei [Judicis] omnipotentiam, did ex dictis Gen. 17:
Jer. 32: v. 17. 27. Zach. 8: v. 6. Luc. 1: v. 37. Ex operibus,
quorum pleraq; superant captum nostrum, quod Apost. Eph. 3:
v. 20. fatetur. *adm.* ad humilitatem & peccatorum confessionem,
ex 1. Pet. 5: v. 6. Luc. 1: v. 52.

Ex 3. 4. 6. Dei justitiam, quam h. l. describit *Psaltes sym-*
bolice, vocans Deum *ignem consumentem*, &c. alias in S. S.
depingitur tam *affirmative*, *Exod. 9: 27. Psal. 11: v. 7. 8. Jerm.*
12: v. 1. quam *negativa*, dum removetur à Deo *injustitia, iniquitas,*
ποστωληφια, &c. *Deut. 32: v. 4. Job. 8: v. 3. Dan. 9: v. 14.*
add. *Diota, Exod. 20: v. 5. & 32: v. 10. Num. II: v. 10. item, 1. Sam.*
26: v. 23. Job. 34: v. 11. quæ partim *affictive* partim *effectivè ju-*
stitiam Dei stabilunt; *Exemp.* sunt *horrenda, Primumundi, Gen.*
7: v. 19. 24. Corah cum socijs, Num. 16: v. 31. 32. &c. Adm. ad
pœnit.

Ex v. 5. Pactum cum Deo, & præcipue in Baptismo; did. ex.
Dott. Catech.

Ex v. 7. Dei misericordiam, vid. text. pœnit. sup anni ex.
Mich. 6: v. 3. Dott. 3.

Ex v. 8. & seqq. Dei omniscientiam, vid. text. sup. An. ex.
Deut. 32: v. 1-7. Dott. 2.

Ex v. 14. 15. Dei complacentiam, in gratiarum actione &
oratione, de quibus licet sint admonitiones crebræ & familiares,
hic ta-

157

hic tamen omnino, & quidem cum zelo repetenda sunt, Conf.
Doct. 5. ex eod. textu, Deut. 32: v. 3. & appl.

7. Ex v. 16. seqq. Dei indignationem ob hypocriticum illorum
cultum, vid. conc. sup. ex Ela. 1. Doct. 2.

8. Ex v. 21. Dei longanimitatem, did. ex 2. Efd. 9. v. 17. Psal.
103: v. 8. & ex natura Dei, cui proprium est, ut sit magis ad be-
neficentiam, quam severitatem propensus; quod colligitur ex Exod.
20: v. 5. 6. Deut. 5: v. 9. 10. adm. ex 1. Cor. 10: v. 13.

9. Ex v. 22. pene gravitatem, quam tandem sumit Deus de
impenitentibus: Job. 9: v. 1. 2. 3. 4. 5. 13. & 21: v. 17. seqq. Psal:
2: v. 5. 12. Exempl. leg. Num. 14: v. 27. seqq. 1. Sam. 2: v. 30. &
3: v. 11. 12. 13. 14. Abd. 12: v. 23. adm. ex Syr. 5: v. 2-9.

10. Ex v. 23. eternam felicitatem. did. ex Psal: 116: v. 7. seqq.
Esa. 25: v. 8. & 32: v. 17. & 35: v. 10. Apoc. 21: v. 4. imo Nor. 4.
Cor. 2: v. 9. Ex Esa. 64: v. 4. adm. ex 1. Thess: 4: v. 18.

Concio III.

Parast. Thren. 3. v. 39-42. appl. ad text

Textus, Hos. 11. v. 7. 8. 9.

Exord. Psal. 103. v 13. Sim. Magna est potestas parentum
in liberos, quâ eos instruxit ipse Deus, leg. Mal. 1. v. 6.
Prov. 13. v. 24. & cap. 22. v. 15. verum hæc potestas tempe-
ratur, imo vincitur storgis naturalibus, quod patet ex h. l.
iteni experientia. appl. ad text.

Partes: 1. *Textus Explicatio*, 2. *Applicatio*:

In 1. Notamus (α) Occasionem; vaticinatur autem
Prophetæ Oseas contra decem tribus Israel potissimum,
increpans scelera sacerdotum, principum & populi, & sva-
dens eis, ut pœnitentiam agant: hinc dicitur Prophetia e-
jus speculum, cum divinæ justitiae in puniendis præfractis
peccatoribus, tunc divinæ misericordiæ in servandis pijs sive
pœnitentibus: dicitur etiam viva hypotyposis corrupti sta-

eius Ecclesiastici. Et quemadmodum in tota prophetia, ita & in hoc cap. xi. haec duo persequitur, nimis *increpationem* v. 1. - 7. & *consolationem*, v. 8. - 11: Ergo

(β) *Increpationem*, in ea (exprobrat illis sua beneficia v. 1. 2. 3. 4. ostendit illorum flagitia v. 2. 3. denunciat superflusia v. 5. 6. & in hoc textu) v. 7. proponit illorum vitia, praeципue pertinaciam, quod sese ad Deum, non converterint: ubi versiones tam LXX. & nonnullæ latinæ, quam Germ. Svet. & Finn. quoad verba non nihil discedunt a textu originali, non a. quoad sensum. Sic n. juxta textum Hebrei vertendum: *populus meus suspensus erit animo, propter rebellionem suam in me: & quamvis ad altissimum vocaverint eum prophetæ, nemo tamen exaltat Deum.* h. e. *populus meus cuius ego benefeci, ille a me defecit* (repet: ex sup.) *suspensus erit vel habebit animo vel animo nunquam erit seculo, sed semper sibi timebit, q. ignarus quid consilij captet, juxta minas Deut. 28. v. 66. 67. propter rebellionem in me*, vel quod rebellaverint contra me; dum v. ita animo angitur, taret ipsum, & nullò tenetur desiderio, (ut habent vers. nostræ) converti ad Dominum, penes quem tamen est consilium, &c. Prov. 8. v. 14 seqq. & quamvis ad altissimum, (sic n. dicitur Deus Esa. 14. v. 14. Ier. 5. v. 18. Luc. 1. v. 32. 35. 76. &c.) vocaverint eum prophetæ, ut scilicet converteretur, (Conf. Esa. 55. v. 6. 7.) *nemo tamen exaltat Deum, vel nomen ejus, siue exaltat caput vel arrigit aures, atq; ita juxta mandatum divinum, sese disponendo, (ut habet vers. nostræ) ad audiendum prophetas, ut ad Deum convertatur,* (Conf. Jer. 3. v. 22.) &

(γ) *Consolationem*, quæ est valde pathetica, in qua consider. (1.) *Consultationem*, quæ juxta *אֶתְנָהָרָתָא דְּבָרָא* proponitur, & quidem interrogacione. v. 8. (Ephraim & Ioseph, ponuntur pro decem tribubus. De Adamah & Zeboim,

leg.

159
72

leg. Gen. 19. v. 24. 25. & Conf. cum Gen. 10. v. 19. Deut. 29.
v. 23.) (2) Responsem, quā ostendit Deus justitiam suam
non tantum temperari, sed etiam vincī misericordiā seu
paterno ejus amore, hinc dicit: *Conversum est cor meum in
me, & incaluerunt paenitundines h. e. miserations meae,* (vid.
simil. locut. Gen. 43. v. 30. & 1. Reg. 3. v. 26.) q. d. Deus, vos
quidem Israelitæ similes estis Zebojimitis in delictis, ijsq;
gravibus, quibus me ad iram commovistis, tamen affectus
cordis mei, plus quam maternus, (Esa. 49. v. 15.) retrahit
me, ne omnino vos deleam. *Sim.* Parentes sàpè quam
vehementissimè liberis irascuntur, adeò ut exemplum iu
eos statuere decernant, sed exiguā interjectā morā, affe
ctu paterno vixi, pœnam vel mitigant vel omnino re
mittunt: Hinc additur v. 9. *Non faciam secundum furorem
ira mea;* q. d. non puniam eos pro ratione delictorum suo
rum, quibus me ad iram provocaverunt, *non revertar ad*
disperendum Ephraim h. e. non convertam me ad delendum
Israelitas à facie mea. (3) *Rationem*, v. eod. *Quoniam Deus*
sum & non homo, q. d. homines sàpè iracundi, implacabi
les & vindictæ cupidi in alios sàviunt, donec animo suo
morem gesserint; Ego a. Deus, non modo justus, sed
etiam misericors & placabilis, (leg. Thren. 3. v. 32. seqq.) imò
sancius in medio iui, non tantum ἐσιωθῶς Esa. 6. v. 3. & c.
12. v. 6. & c. 41. v. 14. & c. sed & ἐρεγγητωῶς, quia ab eo
proficiuntur quoq; nostra sanctitas, 1. Cor. 6. v. 11. idq; per
& propter Jesum Christum, qui ex Ægypto vocatus est,
Conf. hujus Cap. v. 1. cum Matth. 2. v. 15.

II. *Appl.* ubi notandæ Doctrinæ, & quidem (1) *Ex (α)* Sin
gulare est Dei beneficium, quod & hodiè easdem audiamus con
ciones, quibus populum suum Deus in V. T. increpavit, imò quod
& hisce diebus precationum S. R. Maj. ^{etas} easdem conciones pro
pheticas ob nostram emendationem & consolationem proponi curet,

did. ex dictis Psal: 119. v. 14. 43. 72. 103. 127. Et 147: v. 19. 20. **E** simil. quia non tam viator opus habet baculo, Architectus canone, famelicus cibo, miles armis, infans lacte, in tenebris ambulans lumine, terra pluvij, quam nos hisce admonitionibus: hinc adm.

2. Ex (B) v. 7. ò quam legnos sunt homines ad agendum pœnitentiam; & tardi ad audiendum verbum Dei. prius fugiendum, & pœnitentiam maturandam esse svadet (1) Dei mandatum Psal: 95: v. 8. Hebr: 3: v. 7. Esa: 55: v. 6. 7. Syr: 5: v. 8. 9. [2] nostra fragilitas. Psal: 39: v. 6. 7. 8. Et 90: v. 12. Jac: 4: v. 13. 14. 15. Et [3] horrenda exempla, addi: Et fiat adm. Posterior corrigendum, & verbum Dei cum devotione audiendum esse: vid. dicta citata in quest. Cathec, ad precept. iii. Decalogi. fiat adm.

3. Ex [Y] v. 8. 9. Magna est Dei misericordia, & in multis conspicua, [scilicet in mundi creatione; Filii missione: Spiritus sancti collatione: Ecclesie collectione: verbi prædicatione: precum nostrarum exauditione, &c.] verum h. l. præcipue in peccatorum remissione seu nostra justificatione; & describitur hic actus quidam judicialis, de quo Psal: 143: v. 2. Judex ipse Jehovah, b. l. Et cl. 3: v. 13. Job: 9: v. 2. Reus, non tantum Ephraim & Irael, n. e. populus Iudaicibus, sed omnis homo, Job: 4: v. 4. Et c. 15: v. 14. seqq. Et 19: v. 15. Et. Actor vel accusator, seu accusatrix, h. l. justitia Dei, [Alibi dicuntur accusare Satan Apoc. 12: v. 10. Lex Mosis, Deut. 27: v. ult. Conscientia Et cogitata nostra, Sap. 17: v. 10. seqq. Rom. 2: 15.] Advocatus est Christus, i. Job: 2: v. 1. 2. Et q. advocatrix intercedens, h. l. est misericordia Dei. sententia sive decretum, est pœniarum aversio, & misericordie declaratio, b. l. v. 8: 9. Et Jer. 31: v. 20. Et. Adm. ex Rom. 8: v. 33. 34.

Die ii. solenn. precum, (12. Julij)

Concio I.

Paræsc. Psal: 27: v. ult. expl. Et appl.

Textus, Esa: 25: v. 9. Et 10.

Exord. *Psal. 103. v. 4.* tanta est Dei misericordia, ut non
tantum liberet suos ab impendente periculo, &c. sed
& omnis generis bonis eos beat; sic per Abramum pro-
stratus est hostis, & Lotus liberatus est: *Appl. ad text.*

Partes: 1. Textus Explicatio: 2. Applicatio

1. Ubi (a) De occasione horum verborum: breviter
repetitis ijs, quæ notata sunt ad initium textus *Esa. 1. v. 12.*
item lecto cap. 24. (in quo comminatur desolationem terræ
Judææ, & promittit se quosdam servaturum, qui cum gen-
tibus laudabunt Deum,) lectis etiam antecedentibus *in hoc*
cap. 25. (in quibus laudat Propheta Deum ob justa sua ju-
dicia,) patebit Prophetam, ne penitus desperaret popu-
lus, præclaram hanc immiscuisse consolationem ex adven-
tu Christi, *v. 6. 7. 8.* Ex gaudio illorum, qui Christo con-
fidunt, *v. 9.* Ex collectione Ecclesiæ, & hostium ejus de-
bellatione *v. 10.* Hinc ergo.

(b) *v. 9.* De vero & infucato *Gaudio* omnium, qui Chri-
sto confidunt; Et Not. (1) *Quando?* scilicet *dicitur*, ut ha-
bet textus: Tempus a. illud non est restringendum ad so-
lum N. Testamenti initium, sed viguit etiam hoc gaudi-
um in V. T. *leg. Hebr. 13. v. 8. Gen. 4. v. 1. C. 5. v. 28. 29.*
C. 12. v. 3. &c. item Esa. 7. v. 13. 14. & C. 9. v. 6. 7. (2) *Quis?*
sc. gaudebit, nempe populus, cuius opprobrium in uni-
versâ terrâ sublatum est, *ut habeat vers. præced 8.* (3) *Cur?*
nimirum lætabitur populus, quia *Ieschua*, (bis n. hoc no-
men ex hoc versiculo q. erui potest) quem expectavimus, est
Deus, (in Hebr. *Elobim*) *est Dominus* (in Heb. *Iehovah*) *leg. & confi-*
dicta præclara Ierem. 23. v. 5. 6. & C. 33. v. 15. 16. 17. & Ezech. 34.
v. 24. Dan. 9. v. 24. seqq. & passim in N. T. (4) *Quid?* & *quomodo?*
exultabimus & lætabimur *in salute ejus*, quæ verba totum Redem-
ptionis negotium respiciunt, & beneficia, quæ exinde in

nos redundant: Conf. 1. Sam. 2. v. 1. Hab. 4. v. 18. Luc. 1. v. 47.

(2) De Ecclesia Christi, v. 10. ubi per manum notatur Dei potentia & gratiosa protectio, leg. Deut. 33. v. 3. Psal. 10. v. 12. & 31. v. 6. & 77. v. 11. Job. 10. v. 29. Per montem, immobile Ecclesiae fundamentum. Matth. 16. v. 18. Conf. Esa. 2: v. 3.

(3) De Hostibus Ecclesiae conculcandis, vers. eod. Per Moab intelliguntur Moabitae, & synechdochice omnes Ecclesiae hostes, qui triturbantur, h. e. conculcabuntur & conterentur, triturna & conculcatione sordida haud secus atque paleae in sterquilinio, Conf. Esa. 26. v. 11. Mich. 5. v. 9. Nihum 1. v. 2. 3.

II. Appl. & quidem i. ex [alpha] Conaciones legales semper præmit-tendæ sunt Conpcionibus Evangelicis, vid. Q. 1. Catech. in Decal. hic mos fuit omnibus prophetis, immo ipsi Christo, Matth. 4. v. 17: & Iohanni Baptista, Matth. 3. v. 2: & hodiè, unde Conaciones pœnitentiales, conf. Doct. 1. ex Esa. 1. v. 12:

2. Ex [beta] Multa sunt, quæ nos [propter peccata] premunt & inquietos reddunt, sed pœniteat nos nostrorum peccatorum, & erigat nos misericordia Dei, mittentis Christum, qui est Dominus noster, did. Deus noster, did. & cum non sit aliud solidum gaudium, nisi in hoc unico servatore nostro, ergo lætabimur in salute ejus, did. ex dictis sup. citatis, fiat adm. item debort. à gaudijs vanis & fucatis, did:

3. Ex [gamma] L. C. De Ecclesia Dei, quam Deus sapissime premi permittit, sed nunquam opprimi, did. ex test. præcipue V. T. & primivæ Ecclesiae in N. T. Sic. omnis Christianus, qui in Ecclesia est, patitur & eluctatur, did. ex dictis, Psal. 68. v. 20. 21. Esa. 41. v. 14. & 54. v. 7: 8. 11. Sep. 3. v. 4: 5. 6. Tob. 12. v. 13. Syr. 2. v. 1. & add. Exempl.

4. Ex [delta] Multi sunt hostes nostri, potentes sunt, prudentes [vel potius callidi] sunt, consilia ineunt adversum nos; sed sit spes nostra sita in Domino nostro, in Deo nostro, &c. vid. Conc. sup. An. ex Psal. 3. præsertim Doct. 3. & 7.

Concio II.

Parasc. Psal. 34. v. 15. - 19. appl.

Textus, Amos, 5. v. 14. 15.

Exord. Amos 4. v. 6. - 12. Ubi variæ enumerantur clades à Prophetâ, & concluditur v. 12. hâc parænesi: *præparare te in occursum Dei tui, ô Iseael*, appl.

Partes: 1. *Textus Explicatio: 12. Applicatio*

In 1. Notanda venit (α) *Occasio*, Propheta Amos, ubi Cap. 1. 2. 3 & 4. tres proposuisset Conaciones, easq; acres & velymentes, (unde & nomen ei inditum putatur, ab operando vel gravando) addit quidem quartam concionem in hoc cap. 5. sed itiniscet *admonitiones & promissiones*, v. 5. 6. 14. 15. 24. Ergo

(β) *Admonitio*, v. 14, *Querite bonum & non malum*; q. d. ô Israelitæ, ad animum revocate ea, quæ hactenus de horrendis peccatis vestris dixi, ut & de vindictâ divinâ propter peccata; hinc freti divinâ bonitate, pœnitentiâ agite, lectamini veram pietatem, & ducite vitam populo Dei dignam, sive facite fructus dignos pœnitentiâ Mauth. 3: v. 8. Et abstinetе ab idolatriâ, inobedientiâ, odio, irâ, libidine, injustitiâ & sceleribus alijs. Idem ferè repetit v. 15: dicens: *odio habete malum*, h. e. summo studio, & quidem ex animo absq; omni hypocrisi aversemini peccatum, quod non tantum malum est, sed & omne malum in mundum introduxit: *Diligite bonum*; h. e. in cogitationibus, dictis & factis, omne id sectemini, quod cum voluntate Dei, & præcepto ejus convenit; non n. sufficit abstinere à peccato, sed requiritur etiam actio virtutis, seu operatio boni, & propterea utrumq; conjungitur, h. l. item Psal. 34. v. 15. & passim in S. S. & constituite in porta iudicium: *Portam pro loco iudicij ac-*

eij accipi, Patet ex Deut. 17: v. 8. & c. 21: v. 19. Item Iudicium pro justitiâ, quod monstrat ipse contextus, conf. Exod. 12: v. 12. Psal. 9: v. 17.

(y) Promissio: v. 14. ut vivatis, h. e. non tantum poenas temporales & æternas effugiat, sed & vitam beatam & felicem transfigatis, leg. Gen. 17. v. 18. 1. Sam. 10: v. 24. quod indicant etiam verba seq. sic n. erit Iehovah, Deus exercituum vobis, suâ scilicet præsentiâ & benedictione Conf. Deut. 28: v. 1. 2. seqq. Jac. 4. v. 8. sicut dixistis, h. e. gloriati estis, Deum vos nunquam desertum; sed frustranea est illa gloriatio, ni idolatriam aliaq; flagitia abominati fueritis; non n. est quod putetis preces vestras audiri, vosq; adjutum iri, quam diu peccatis indulgere pergitis, Conf. Psal. 66: v. 18. Esa. 1: v. 19. 20. & c. 59: v. 2. Prov. 28: v. 9. Ioh. 9: v. 31.

Item v. 15. Si forte, (quæ part. non tam dubitantis est, quam bene sperantis, leg. 1. Sam. 14: 7. & 2. Sam. 12: v. 22) misereatur Iehovah, Deus exercituum (Conf. Ezech. 18: v. 21-29. & c. 33: v. 10-14) reliquijs Joseph; Reliquia plerumq; denotant paucos aliquos, eosq; ex clade, quasi torres ex igne (Amos 4. 11.) ereptos, ut h. l. sic Esa. 37: v. 31. Mich. 5: v. 7. Rom. 11: v. 5. Joseph notat Israelitas, vid. v. 6. & cap. 6: v. 6. idq; sit, vel ob celebritatem illius Patriarchæ, vel ob amplitudinem duarum tribuum, Ephraim & Manasse, ex Josepho descendentium, Conf. Psal. 80: v. 2. & Psal. 81. v. 6.

II. Dott. 1. ex [α] Res abominanda est peccatum, ad quod extirpandum, utitur Deus tum comminationibus, vid. Dott. 1. Ex Deut. 32: v. 23-29. Tum admonitionibus, vid. Dicta cit. in parasc. exord. & textus explicacione: Tum Promissionibus, vid. dicta Præcl. Esa. 1. v. 16. Jerem. 3. v. 22. & repet. Ex Ezech. 18. v. 21-29. &c. adm.

2 Ex [β] Ne sit, quæso, frustranea hæc admonitio Dei ad nos facta, & quidem hodierno die, ex v. 14. 15. sed penetret ipsum

cor,

17
165.
75

cor: detestabimur igitur malum, did. per Decal. & queremus bonum, vid. expl. text. & exinde plenius did.

Ex (γ). Præclaræ sunt hæ promissiones Dei; quem ergo non retrahent à peccatorum fôrdé? quid n. beatius, quam beatam ac felicem ducere vitam? licet in hac mortalitate crux sit immixta, leg. Prov. 3: v. 12. Tob. 12: v. 13. Syr. 2: v. 1. Rom. 8: v. 17. Eccl. 25: v. 9. 10. Et 54: v. 8. Sap. 3: v. 5. adm. Et consol. Quid tuius, quam ubi Deum, Dominum exercituum habemus nobiscum? Quid exoptabilius, quam miserentem habere Deum? did. ex text. sup. Hof. 11: v. 8. 9. Et Psal. 85: *.

Concio III.

Parasc. Tob. 13. v. 6. expl. Et appl. ad text.

Textus Psal. 2. v. 10. 11. 12.

Exord. Ion. 3. v. 5. 6. seqq. Laudabile factum Regis & subditorum, ô si & hodiè multi essent imitatores! appl.

Partes: 1. *Textus Explicatio.* II. *Applicatio*

In I. consideramus (α) horum verborum occasionem: virum beatum describunt tria psalmi primi: notamus n. in I. viri beati ρυωγιο μαρτ: in II. causam efficientem beatitudinis, nimirum Christum fide apprehensum: in III. viri beati δοκιμασιαν, scilicet per crucem. In hoc a. II. Psalmo continetur primo Regni Christi Prædictio v. 1-9. Deinde ad Reges Exhortatio v. 10. 11. 12. Ergo

(β) Exhortationem: eamque triplicem & q. per gradus propositam, quarum Prima est v. 10. Et nunc: hæc particula Nunc, non sine emphasi præmittitur, respicit n. præcedentia, eaq; applicari vult ad sequentia: q. d. Psaltes, Et nunc in tempore accepto (2. Cor. 6. v. 2. Conf. Psal. 95. v. 8. Hebr. 3. v. 7. Et seqq.) vos, ô Reges, definite Regnum Christi irrito conatu oppugnare, sed potius Evangelium ejus amplectimini, & in provincijs vestris hospitium con-

cedite, quod h. l. est intelligere, h. c. commoda sua disscere. Erudimini (juxta Hebr. castigamini) judices terre; i. e. castigationem ex verbo Dei admittite, & patimini vos reduci ab errore in viam salutis. Quod a. Reges & Judices hic potissimum compellet, causam addunt Bb. Patres; Quod Magistratus sit custos utriusq; tabular, & Ecclesiar nutricius, (*Esa. 49: v. 23.*) Quod pij Reges & Pri-mates suo exemplo multum adfiscerent: Quod neque magnatibus peccantibus parcat Deus: (*Sap. 6. v. 1. seqq.*)

Secunda, v. 11. servite (subjecti estote) Iehova cum timore, scilicet filiali, est n. timor Dei alius filialis, è corde credente & Deum diligente proveniens, (*Esa. 8. v. 12. 13.*) alius servilis, è corde vacillante, & metu pœnæ prædiens, (*1. Sam. 14. v. 15.*) Est & timor Dei vel internus, vera scilicet in Deum pietas, sanctaq; Nominis & mandatorum ejus reverentia, leg. *Exod. 18. v. 21.* vel externus, qui quandoq; sed non semper internum habet conjunctum, *Esa. 29. v. 13.* *Math. 15. v. 8. 9.* Regum etiam Potestas & Majestas est Dei servitus, *Rom. 13. v. 4.* Servi a. intelligentia maxima est, quod sciat Domino reverenter obedi-re. Non ergo dicant: sic volo, sic jubes, sic pro ratione voluntas, sicut Nebucadn. leg. *Dan. 5. v. 19.* Sed potius: Sie volo, sic jubes, quia sic divina voluntas mandat, cui soli cunctæ subesse, deceat. Sint ergo servi Dei, regnent & judicent respectu hominum; respectu a. Dei, serviant & ministrent, *Conf. Eccl. 12. v. 13.* *Sap. 6. v. 1. seqq.* Porro ad-ditur: Et Exultate cum tremore, cum n. magnates ex hominum mortalium cœtu se eximere nequeant, securitati timor, & superbia spirituali tremor opponitur. Viden-tur quidem res oppositæ, gaudium & tremor, sed tamen conjugenda sunt: ubi ergo quis gaudet & exultat carne, temet & formidabit spiritu, quod non fecit Nebucadn. *Dan.*

4. v. 27. neq; Belsazer Dan. 5. v. 1. seqq. Verum h. l. jubet Spiritus S. per Psalmen Reges terrestres exultare ob Regem cœlestem, quem inunxit Deus super Zione, v. 6. & trepidores ob judicium Dei, quod hostes Christi manet. v. 2. 3. 4. 5. Tertis v. 12. Oculamini (dilige & veneramini, osculum n. tām veneratio & subjectionis, quām amoris si- gnū erat, conf. Psal. 85. v. 11. Luc. 7. v. 38. 2. Cor. 13. v. 12. 1. Pet. 5. v. 14.) Filium de quo v. 7.

(y) Exhortationis Rationem, v. eod. ne forte irascatur (did. ex v. 5. & 9.) & pereatis in via. (Viam Gratia h. l. in- telligit, cum non omnis ira Dei protinus viam salutis peccatoribus præcludit, siquidem & pijs irascitur Deus, & nævos eorum castigat, supinos v. desperatos & conclama- tos Christi hostes, tandem à Gratiæ & salutis viâ ex- cludit. Si ergo fratri nos decet reconciliari in viâ, Matt. 5. v. 23. quid nou Christo? qui est via, veritas & vita, Ioh. 4. v. 6.) quia ira ejus exardescet (ergo vehementissima, simil. ab igne, did) citò (ergo celerrima, did. & add. Ditta & exempla citata ad Psal. 50. v. 3. 4. 6. 22.) Beati a. omnes qui confidunt in eo. De beatitudine, quam sectatur mundus, h. e. summo bono in hoc mundo, ut nihil dicamus, sci- mus S. S. de varia loqui beatitudine, leg. Matth. 5. v. 3. 11. Luc. 10. v. 23. Psal. 1. v. 1. & 32. v. 1. & 41. v. 1. & 112. v. 1. & 119. v. 1. 2. & 118. v. 1. &c. verum omnes beatitudi- nes includere videtur vera in Deum Fiducia, verè ergo beati, qui confidunt in eo, in n. neminem ad se venientem rejicit, Ioh. 6. v. 37. qui omnes ad se vocavit, Matth. 11. v. 28.

Appl. Dolt. 1. Exp. 10. Exhortationes, admonitiones, dehor- tationes, &c. à Spiritu S. in S. S. frequenter propositæ, non concernunt tantum plebem & subditos, verum etiam Principes & optimates: omnium n. hominum est resipiscere, Reges etiam atq; judices suo exemplo alijs Doctores erunt ad veram pietatem: qualis Rex talis grex: Regis ad exemplum totus componitur orbis.

leg. Sap. 6: v. 26. Syr. 10: v. 2. 3. seqq. Prov. 28: v. 12. 15. conf. exempl. 2. Sam. 12: v. 7. 1. Reg. 18: v. 18. Esa. 1: v. 10. Marc. 6: v. 18. & add. quæ sup dicta sunt in text. expl.

2. *Ex v. eod. Si Regibus & iudicibus acclamatur intelligite, erudimini, quid non subditis & rudi populo? quod vobis dico omnibus dico, Marc. 13: v. ult. Erudimini ergo hoc præcipue tempore tam senes quam juvenes, immo pueri, tam viri quam foeminae, ex crebris S. S. admonitionibus, did. Erudimini ex varijs exemplis iræ Dei, did. Intelligite quæ ad pacem vestram spectant, did. ex Luc. 19: v. 42.*

3. *Ex v. 11. Cum Deus sit noster Dominus, serviamus ei, did. ex Mal. 1: v. 6. & ipsæ dicta sunt in text. expl.*

4. *Ex v. eod. Magna & innumera sunt Dei Beneficia, ob quæ nos exultare decet, sed in Domino, leg. Luc. 1: v. 46. 47. Hab.*

4: v. 18. Phil. 4: v. 4. Exultationi a. admixtus erit tremor obinfirmitates nostras, did. ex Phil. 2: v. 12. & Eccl. 7: v. 15.

5. *Ex v. 12. osculemur & nos hodie Filium, osculo poenitentiae, did. ex Luc. 7: v. 38. aversemur vitium seculi, dum alius oscularatur divitiis: alius honores: alius favorem magnatum: &c. absit osculum Judæ, did.*

6. *Ex vers. eod. Ante omnia v. (hisce diebus precum) discessimus, quam gravis res sit, iratum habere Deum, Leg. Prop. 19. v. 12. Nahum, 1: v. 6. Heb. 10: v. 31. Add. Deut. 4: v. 24. & 32: v. 22. Psal. 21: v. 9. 10. Zeph. 3: v. 8. Syr. 5: v. 7. oremus ergo ex Psal. 6: v. 1. & quidem ardenter, & indefinenter, quia ira Dei primum mundum suffocavit; Sodomam in favillas rededit: Pharaonis exercitum submersit; Hieropolymam acervum fecit lapidum &c. adm. ex Luc. 13: v. 3. 5.*

7. *Ex v. eod. Concludimus dulci effato: beati omnes qui confidunt in eo. Qui Domino fidit felici navigat unda; fidere principibus, ventus & aura levis. conf. Psal. 18: v. 8. 9. Mens confusa Deo, nunquam confusa recedit, conf. psal. 31: v. 1. Hic nemo se ipsum excludat, sed credit, & orct ex Luc. 17: v. 5. Marc. 9: v. 24. & tandem dicat ex Rom. 8: v. 31-39. add. 1. Tim. 4. 8. 10.*

Die III. Solennitatem precum. (9. Aug.)

2

PBO.

Concio I.

77

Parasc. Psal. 118. 5. 9. appli. *Sed facias ministrum locis
Textus Psalm. 4.* Canticis ministrum in locis tuis*

Exord. Gen. 32. v. 9. seq. adventante hoste, orat Jacob,
appl. ad Davidem, & nos.

Partes I. Textus Explic. II. Applicatio.

In I. occurrit (α) Psalmi inscriptio, de qua variant sententiae doctorum, sed juxta textum Hebraeum, probè explicatum ejus sensus hic est: *Psalmus Davidus, Magistro cho-
ri Symphoniaci traditus, ut ad fidem decantaretur.*

(β) Argumenti Diductio. Contra Hostem, ejusq; consiliarios, quos etiam ad resipiscientiam hortatur, hic supplex orat David, quinam v. illi fuerint, (sive Saul cum suis complicibus, sive Absolon cum suis, sive alij,) non liquidò constat, contextus a. hunc parit sensum: *Exaudi me, o Deus, in angustia; Vos a. Filii viri, nolite gloriam meam spernere, querere in me & diligere mendacium; Agnoscite potius, quam mirabiliter hictenus Deus sanctum suum duxerit & exaudiverit; Et si omnino censeatis, vobis irascendum, fiat sanè, sed covete ne peccetis; Quin potius cogitate in cordibus vestris super cubili (vel alibi, quid fa-
cto opus sit,) & ne sis ita precipites. Ego certè suaderem, ut seposta omni hypocritis, sacrificia justitiae sacrificaretis, & mecum Iehovæ confidereatis; sed frustra moneo, dicunt enim, an hic ostendat nobis bonum? idq; torvo vultu dicunt; Tu a. o Deus elevas super me gratiosum tuum vultum; imò dedissi latitudinem in corde meo, & quidem ab eo tempore, quo frumentum & mustum eorum, quibus illi confidunt, multiplicatum est; Hinc in pace cu-
babο & dormiam, quia Tu Iehovah solus, me in confidentia ha-
bitare facis.*

(γ.) Subdivisio, & quidem in themata, quorum Primum:

C 3,

con-

1111

continet Davidis orationem, v. 2. *exaudi me*, (in Hebr. *re-*
sponde mihi, magna fuit fiducia Davidis, non modo vult
audiri, sed *exaudiri*, immo sibi *responderi*.) dum clamo, (vox
 Hebr. Kará, ostendit preces fuisse serias, in necessitate
 maximâ. Vox Græca ἐπικαλέομαι, notat appellatio-
 nem ad superius judicium, & h. l. ad Numen supremum)
 d. Deus *justitia mea*, (hic q. rationem (a) addit cur eum ex-
 audiatur Deus? intelligit a. justitiam non personæ sed cau-
 sæ, ut vox *justitiae* significet innocentiam, q. d. d. Deus,
 innocentiae meæ tutor, defensor & vindicta.) In *tribulatio-*
ne consolatus es me, (est q. (b) ratio cur eum exaudiatur Deus:
 quia prius consolatus est ipsum. Juxta Hebr. *in angustiis*
dilatasti me, q. d. in angustijs eram, & cor tanquam con-
 strictum, jam v. latitiâ dilatum est. Conf. Esa. 60. v. 5.
 a. Cor. 6. v. 11.) *mesereri mei* & *audi orationem meam*, (juxta
 Heb. *compellationem* seu *appellationem* per *mediatorem* &
advocatum factam)

2

Secundum continet apostrophen ad hostes, quos absen-
 tes quidem, sed tanquam præsentes alloquitur, ut cala-
 mitas ejus magis innotescat. v. 3. *inlyti*, in Hebr. *Bené*
iscb. filij viri, h. e. proceres, & authoritate pollentes,
 (undè in vers. Germ. & Svec. dicuntur *Domini*, in Finn. *Ma-*
gni sive *primarij duces*, conf. 1. Sam. 4. v. 9. & 26. v. 15. 1. Reg.
 2. v. 2. Hisce a. *inlytis* sive *authoritate* *pollentibus*
 (A) tria objicit, (a) *usquè quò in ignominiam* vertetur *Gloria*
mea? Per gloriam h. l. intelligi potest (1) vel ipse *Deus*,
 qui Dávidem ad gloriam & thronum regium erexit, quo
 ejecto & spreto, ipse *Deus* spernitur, conf. 1. Sam. 8. v. 7.
 (2) vel *exercitum precum* & *laudum*, quasi res esset inanis,
 Deum orare & laudare, nullumq; auxilium expectandum;
 Conf. Psal. 30. v. 13. & 57. v. 9. & 108. v. 2. (3) vel *officium ejus*
Regium, cum non exigua fuerit gloria Davidi, cum repu-
 diatis

23

diatis fratribus, in Regem eligi, ungi, coronari, (leg.
1. Sam. 16.*) quæ omnia flocci faciebant adversarij, (b) usque quo diligitis inane? Diligere singularem cupiditatem
& conatum innuit, inane h. e. vanum & mundanum, q. d.
David: omnia mundana sunt vana & inania, etiam Regia
Potestas, quam ego anxiè non quæsivi, ut jam hostes
mei; sed mihi à Domino collata, conf. cap. jam jam cit. sc.
1. Sam. 16. (c) usque quo queretū mendacium tu (leg. 1. Sam.
24. v. 10. & 2. Sam. 15. v. 3. 7. 8. 9. 10.)

78

(b) Tria ipsis svadet, (a) v. 4. Scitote, (ad animum
revocate) quoniam mirificavit (ad imitationem Græc. e-
θεωρίας, sed juxta Hebr. segregavit) Iehovah sanctum
sum, (vel, juxta Hebr. pium & misericordia divine partici-
pem, conf. Psal. 32. v. 6.) Iehovah audiet dum clamo ad eum.
De vocab. audire & clamare, vid. expl. v. 2.

(b.) v. 6. Irascemini, &c. vid. (B) & dict. parall. Eph. 4. v.
26. (c) v. 6: Sacrificate sacrificia iustitiae, h.e. justa, laudis ni-
mirum & confessionis, & quidem sine hypocrisi, (leg. de
sacrificio Absolonis, 2. Sam. 15. v. 7. 8. & sperate in Dominis,
& non in sacrificijs vestris hypocriticis, quæ Deus abo-
minatur. Conf. Esa. 1. v. 13. & vid. ejus expl.

(C.) Illis objicientibus respondet; v. 7. multi dicunt, (h.
e. dicunt illi cum alijs perversis) quis videre facit nos bo-
num? quod indefinitè hic possum est, nonnullæ versio-
nes cum nostris, restringunt ad Davidem, q. dicerent ad-
versarij: an hic David ostendet nobis bonum, h.e. quod
nobis conducibile erit? vid. (B) Objectioni a. occurrit Tunc
(a) hoc vers. sed eleva super nos lucem vulnus tui Iehovah, q.
d. non curo verba malorum, modo tuam, ô Deus sen-
tiam gratiam & benevolentiam.

(b.) v. 8. Dediti latitiam in corde meo, q. d. & est quod
mihi gratuler, Tibiq; ô Deus, acceptum feram, quod
lætum

lætum sit cor meum, & tuo favore tanquam reviviseens,
 à tempore (sic enim habet text. orig. à quo discedunt nonnullæ versiones) quo frumentum eorum, & mustum eorum
 multiplicata sunt. Quibus illi gaudent & exultant, sed
 gaudeant & exultent, spernent meas admonitiones, imò
 summa imis misceant, Ego autem

D (c) v. 9. *In pace cubabo & dormiam, quia &c.* q. d. licet
 Rex sim & bellandi dexteritate instructus, tamen meis
 viribus non confido, neq; spem colloco in ullum homi-
 nem, sed in Te Solum ô Jehovah, cui soli confidens
 tutus sum ab omni periculo; *conf. Psal. 3. v. 5. 6.*

L: C:

II. *Appl. Doct. 1. ex (a) seu Tit.* Musica organica & in-
 strumentalis quamvis rejiciatur à nonnullis adversarijs nostris;
 non tamen dedecet cætus Christianorum: *leg. Psal. 150. ** Da-
 vid n. Propheta Dei sanctissimus, optime novit, quid Dei Tem-
 plum deceret, & quid dedecreret, *did.*

2. *Ex v. 2.* Orare & non defatigari *Luc. 18. v. 1. seqq.* imò in-
 desinenter orare, *i. Theff. 5. v. 16.* omnium piorum proprium est,
 suo exemplo præit David in plurimis suis Psalmis, *vid. Q. Catech.*

4. *Ex v. 3.* *Caveat omnis Christianus à trino impiorum ex-
 ercitio & cacoethe: nimirum à calumnia, à mundanorum a-
 more, & à mendacio;* *did. ex viii. Precepto Decal.* & *1. Ioh. 2. 15.*

v. 16. 17. adm. ex Apoc. 22. v. 15. Vid.

3. *Ex v. 3.* Caveat omnis Christianus à trino impiorum ex-
 ercitio & cacoethe: nimirum à calumnia, à mundanorum a-

more, & à mendacio;

did. ex viii. Precepto Decal. & *1. Ioh. 2. 15.*

4. *Ex v. 4.* Et Nos Deus misericordia suæ participes fecit, mi-

rabiliter duxit, protexit, defendit, *leg. Eph. 2. ** *principè v. 19.*

Col. 1. v. 12. Serviamus ergo ei, *Luc. 1. v. 75. did. ex Deut. 32.*

v. 1. & seqq.

5. *Ex v. 5.* *Cohibenda est ira, (non ordinaria, de qua Exod.*

ii. v. 8. & 23. v. 19. i. Reg. 19. v. 14. Psal. 119. v. 53. Marc. 3. v. 5. sed)

nefaria, quæ iracundus occidit tūm seipsum, *leg. Syr. 30. v. 26.*

Job. 5. v. 2. tūm proximum, quem odit, *i. Job. 3. v. 15. & oc-*

casionem

caſionem querit eum laedendi, Gen. 4. v. 7. 8. Prov. 29. v. 22. Syr. 25.
27. v. 33. Exempl. Gen. 34. v. 24. 25. 1. Sam. 25. v. 22. 34. Adm. ex
Gal. 5. v. 12. 20. Vide

6. Ex v. 6. De sacrificio hypocritico, vid. Doct. 2. ex Eſa. 1. v. 11.
seq. De Confidentialia in Deum, vid. Doct. 7. ex Psal. 2. v. 22.

7. Ex v. 7. 8. Gaudium & solatium, quod concipere nos decet
ex illuminatione vultus Dei super nos, vid. Conc. sup. ann. ex
Pſal. 67. v. 2. pag. 31.

8. Ex v. 9. Protectione Divinâ tuti sumus, vid. Doct. 5. & 7.
Conc. sup. an. ex Pſal. 3. pag. 27.

Concio II.

Paræſc, Luc. 1. v. 74. 75. expl. & appl. ad text. *Exodus 32. 13. Leviticus 10. 16. Numbers 10. 3. Deuteronomy 10. 18. Exodus 32. 13. Leviticus 10. 16. Numbers 10. 3. Deuteronomy 10. 18.*
Textus, Pſal. 28. v. 6. 7. 8. 9.

Exord. Gen. 33. v. ult. Jacob rediens in patriam, libe-
ratus à periculis, erigit altare, laudat Deum & orat, didi-
& appl. ad text.

Partes i. Textus Explicatio, ii. Applicatio.

In i. sese offert (α) horum verborum occasio, ex ante-
ced. Primò n. David in hoc Psalmo Deum orat, ne eum
cum maleficiis (Joabum & Abisai fortè intelligit, 2. Sam.
3. v. 27 - 30.) interficiat, v. 1. 2. 3. sed scelus illud patrantes
male perdat, v. 4. 5. Deinde de exauditione certus, De-
um laudat, & beneficia ejus extollit, v. 6. 7. 8. & Tertiò pro
salute populi orat. v. 9. Ergo.

(β) Gratiarum Actio, v. 6. Benedictus Iehovah. Quando Deus
abs hominibus benedicitur, illi nulla perfectio tribuitur
vel exoptatur, sed maiestas & gloria ipsius agnoscitur & de-
prædicatur; cur a. benedicat hic Domino, addit rationem
(1.) quia audit, (2. e. exaudit vid. expl. Pſal. 4. v. 2) vocem
deprecationum mearum, (vox Hebr. notat supplicationes
pro gratia, vel supplicationes gratas, quā innuit David

26

se ex merâ gratiâ, favore & benignitate, sine ullis suis me-
ritis, exaudiri.)

(2.) v. 7. quia *Iehovah fortitudo mea, & clypeus meus est;*
quibus verbis suam infirmitatem agnoscit, quod suis viri-
bus contra hostem non fudit. (3) *in eo confidit cor meum &*
adjutus sum, q. d. non levis est hæc sed plena fiducia, quæ
Deo meo adhæreo, quia confidit in eo ipsum cor, mem-
brum primarium, *conf. Matth. 12. v. 35. & 15. v. 19.* Hinc a-
nimum suum gratum declarat dicendo: ideo *cor meum exultat, & cantico meo laudabo eum*, non n. satis esse putavit
David, Dei beneficia privatim meditari, & tacitè secum
celebrare; sed internè & externè id se facturum promit-
tit; q. d. interius exultabit cor, & exterius os cantabit, &
publicè in Ecclesia Deum celebrabit.

Pergit ulterius in Gratiarum actione, v. 8. *Iehovah est*
fortitudo eis, & fortitudo salutum uncti sui ipse est: hic primum
nomine publico, seu totius Ecclesiæ, gratias Deo reponit,
q. d. an Deus soli mihi fortitudo est? minimè. Sed *Dominus for-*
titudo illis, h. e. toti populo, sive Ecclesiæ, quam ceu ar-
cem inunitissimam, super petrâ extrectam, protegit atque
defendit, ne illi prævaleant portæ inferorum, *Matth. 16.*
v. 18. Deinde progeditur & q. subsumit de seipso, dicens:
ipse Dominus fortitudo salutum (omnigenæ prosperitatis & fa-
lutis) uncti sui, h. e. mei, quem in Regem ungi mandavit,
leg. 1. Sem. 16. v. 1 - 13. Regis & subditorum relationem &
mutuam beatitudinem hic respicit Rex: res n. subditorum
felices, beatum faciat Regem, & Regis vicissim prosper-
itas, prosperos reddit subditos. Leg. Sap. 6. v. 26. Syr. 10.
v. 3. 1. Tim. 2. v. 2. 3.

(2) Ecclesiæ, sub tutelâ divinâ *commendatio*, v. 9. *Servus*
populum tuum, & benedic hereditati tue, pasce eos & extolle eos
usq[ue] in seculum. Sub hâc commendatione comprehendit Da-
vid, & exoptat beneficia tam corporalia quam spiritualia. q. d.
quoad

(quoad corporalia) serva h. e. fātam teatam affre Ecclesiam tuam ab omnibus hostibūs ejus; *Benedic & pāscē*, paternē largiendo omnia, quæ in quarta petitione, (orat. Dom,) continentur. *Extolle*, extende, amplifica & dirige Ecclesiam, ut naviculam, per tot calamitatūm procellas, ad portum beatum. Imò (quoad *Spirituālia*) serva, h. e. per servatorem Iesum redime populum tuum à peccato, satanā, morte & inferno: atq; ita *benedic*, in semine benedicto, hāreditati tua: *pāscē* Ecclesiam tuam pabulo verbi & sacramentorum, per pastorem illum unicūm & fidūm, de quo Ps. 13. v. 1. seqq. Job. 10. v. 11. *Extolle* eam usq; in seculūm, h. e. ex hac lacrymarum valle, exalta eam in arcem aeternæ beatitudinis, &c. juxta expl. B. Luth. in VII. Pet. orat. Dom.

II. *Appl. Doct. 1. ex (α) v. 3.* Caveamūs consortia prava, quod suadent dicta, *Psal. 1. v. 1.* Prop. 4. v. 14. 1. *Cōr. 5. v. 6.* Exempla: *Noach*, Gen. 7. v. 1. 7. *Abraham*, Gen. 12. v. 1-4. *Lotus*, Gen. 19. v. 14-19. *Israelita* ex *Ægypto*. *Exod. 3. v. 16.* seqq. Et 13. v. 4. Præcipue a. cavendi sunt, qui pacem cum proximo loquuntur & mālum in cordē eorum est, *Prov. 6. v. 18.* Et 26. v. 25. *Syr. 27. 26. 27.* Exempl. *Gen. 4. v. 7.* *Jud. 9. v. 1-5.* 1. *Sam. 18. v. 17.* seqq. 2. *Sam. 3. v. 27.* Et 20. v. 23-28. Et 20. v. 9. *Matth. 2. v. 8.* Et 26. v. 48. 49. *Euc. 14. v. 1.*

2. *Ex v. 6.* Sicut David, certus de exauditione precum suarum, mox incipit à gratiarum actione; ita & Nos, vid. Q. catech. 5. & 6. in orat. Dom. Conjugentes gratiarum actionem, vid. Doct. 5. Conc. ap. sup. ex *Deut. 32. v. 3.* p. 5.

3. *Ex v. 7. 8.* Cum fortes sint adversarij & osores nostri, fugimus & Nos mente, prece & spe ad Deum, quin non modo fortis, sed & fortitudo nostra, & salutum nostrarum, juxta *Syr.* v. 11. add. Exempl. non tantum Davidis, b. l. & passim in *Psalterio*, sed & aliorum sanctorum: ut *Noachi*, Gen. 8. v. 16. 18. *Lotki*, Gen. 19. v. 20. *Mosis*, *Exod. 14. v. 13.* 14. *Aaronis*, *Num. 16. v. 47.* *Eliae*, 1. *Reg. 17. v. 13-16.* *Elise*, 2. *Reg. 6. v. 16.* seqq. Sc.

4. *Ex v. 7.* adjuti à Domino, grati simus; finamus gaudere si Nos hujus mundi in sua vanitate, leg. *Psal. 144. v. 12-15.* *Zach.* 11. v. 5 *Luc. 16. v. 19.* Et 18. v. 11. 12. Nos a. gaudeamus in Domino, & grati simus ob auxilium ejus, conf. Doct. 2. ex *Esa. 25. p. 14.* eumq; celebremus canticō, vid. Doct. 1. Conc. ex *Deut. 32. p. 4.*

5. Ex v. 8. Legitimè in officio constituti gaudent bona conscientia & non desperant de auxilio divino, did. Dicitis & Exempl.

6. Ex v. 9. Singulare Humilitatis exemplum videmus in Davide, ubi subditos suos vocat *populum Dei*, *hæreditatem Dei*, oves Dei: cum alij dicant: *populus meus*, *hæreditas mea*, adm.

7. Ex v. eod. Quemadmodum Ambrosius & Augustinus cantum suum hisce verbis concludunt, ita & Nos decet Ecclesia formam Deo semper commendare, indesinenter rogantes, ut dignetur Deus nos servare per suam potentiam; benedicere per filij meritum; pascere per verbum & sacramenta; & tandem extollere per cœlestem gloriam, did. sing.

Concio III.

Parafc. Psal. 141. n. 8. expl. appl.

Textus, Psal. 25. *

Exord: Psalmum hunc 25. (qui Primus est inter illos, quorum singuli versi
culi, à singulis Alphabeti literis incipiunt:) devota Antiquitas semper magnificevit:
quod patet vel ex titulis Dominicarum, ex hoc Psalmo denominatarum, ut ipso
Dom. Reminiscentia, ex v. 6. Dom. Oculi ex v. 15. Ex hoc Psalmo præclarum existat
cantum: *Min hogh stran Menniskor &c.* consueverunt veteres hunc Psal.
sumptuosaenam Dominicam, canere; & ægrotantes postulare sibi præcini.

Cum prolixior sit hic textus pralectus: & verba non usq; adeo difficultia; Concio
præterea tertia in paucis Ecclesijs reciteretur, ergo contenti brevi ejus analysi his
summæ; Exegesis & Doctrinarum epidexin industria Dn. Concionatorum elabos
randam relinquimus.

Kυτικὸς est hic Psalmus, & quatuor absolvitur membris: quorum I. con-
tinet petitum, quo David ex plena fiducia v. 1. roget (1) ab hostibus liberatos
nam, ne ab illis suffundatur, v. 2. (quotum a. est suffundi docet, v. 3.) (2) sui
gubernationem, v. 4. s. (3) Peccatorum gratuitam remissionem. v. 6. 7.

II. Misericordia Diuinæ Encomiū, quam misericordiam declarat Deus
(1) Peccatores erudiendo. v. 8. (2) miseris ducendo, v. 9. (3) pijs benefaciendo. v. 10. (4) supplicibus condonando, v. 11. (5) Timentibus Dominum
viam monstrando, v. 12. (6) bona terce illis largiendo v. 13, & (7) volun-
tatem suam revelando. v. 14.

III. Votum devoutum, in quo pari fiducia repetit primam petitionem. v. 15.
16. addit rationem (1) quod sit pauper & unicus v. 16. (2) valde anxius, v.
17. 18 (3) hostis innumerus, v. 19. (4) ipse promissione divina suffultus,
v. 20. (5) innocuus v. 21.

IV. Pro populo Israelitico suspicium, v. 21.

Depunct Gloriae et 1668